


DOCUMENTS, ÉTUDES ET RÉPERTOIRES
publiés par l'Institut de Recherche et d'Histoire des Textes

X

REPERTORIUM PSEVDOCHRYSTOMICVM

collegit

J.A. DE ALDAMA, S.I.



ÉDITIONS
DU CENTRE NATIONAL DE LA RECHERCHE SCIENTIFIQUE
15, QUAI ANATOLE-FRANCE, PARIS (7^e)
1965

LECTORI

Primus huius operis scopus ille fuit, ut theologis atque historiae dogmatum cultoribus utilis et prompta offerretur notitia de hodierno investigationis statu circa authenticitatem operum Chrysostomi. Deinde opportunum visum est desiderata quoque eorum prospicere, qui eiusdem magni Doctoris operum traditionem manuscriptam investigant.

Quo factum est, ut notio « pseudochrysostomici » largissime acciperetur. Non enim ea solum recipiuntur in Repertorio, quae certo aut probabiliter spuria sunt, verum etiam quae dubia; immo etiam ea quae genuina certo sunt vel esse videntur, de quorum tamen authenticia quandoque dubitatum est. Ea denique, quae non sub Chrysostomi, sed sub aliorum, ut plurimum verorum, auctorum nomine edita sunt, minime in Repertorio negliguntur, cum ea in manuscriptis Chrysostomo auctori tributa inveniuntur.

Colliguntur tamen solum edita; inter quae eclogarum quoque et fragmentorum habetur ratio.

Denique quoad singula non propriam dare sententiam in mente fuit; sed, ut dixi, hodiernum investigationis statum, quantum assecutus illum sum, definire.

Repertorium redigitur iuxta ordinem alphabeticum initiorum, addito numero marginali quo facilius citationes fiant. Qui vero forte Patrologiae Graecae ordinem desiderat, illum cum concordantia nostri numeri in ultimo complementorum inveniet.

Uniuscuiusque homiliae editio Patrologiae generatim scribitur. Quodsi recentior alia sit, haec primo loco apponitur. Ubi vero casus fert, remittitur ad *Bibliothecam Hagiographicam Graecam*, in qua ceterae editiones adnotantur.

Repertorio quaedam adduntur complementa, quae utilia investigatoribus esse noscuntur.

Notum denique mihi est, hoc primum tentamen nullatenus posse existere undequaue perfectum. Perficietur tamen doctorum virorum observationibus, additionibus, correctionibus. Quale vero illud est, tale investigatoribus ex corde offero.

AUCTOR.

BIBLIOGRAPHIA

- ALTANER B., *Beiträge zur Geschichte der alllateinischen Übersetzungen von Vaterschriften*, in *Historisches Jahrbuch* 61 (1941) 208-226.
- ALTENDORF H. D., *Untersuchungen zu Severian von Gabala* [Dissert. dactylographica]. Tübingen 1957.
- ASTERII SOPHISTAE, *Commentariorum in Psalmos quae supersunt. Accedunt aliquot homiliae anonymae*. Edidit M. RICHARD [Symbolae Osloenses, fasc. supplet. 16]. Osloae 1956.
- BARTOLOZZI A., *Le due omilie crisostomiane sul martire S. Romano*, in *Studi dedicati alla memoria di Paolo Ubaldi*. [Publicazioni della Univ. Catt. del Sacro Cuore. Scienze storiche 16], 125-132.
- BATIFFOL P., *Sermons de Nestorius*, in *Revue Biblique* 9 (1900) 329-353.
- BAUER F. X., *Proklos von Konstantinopel. Ein Beitrag zur Kirchengeschichte des V. Jahrhunderts*. München 1919.
- BAUER J., *A propos d'un passage à corriger de l'homélie pascalle VI de la collection pseudo-chrysostomienne*, in *Vigiliae Christianae* 23 (1959) 184-186.
- BAUMSTARK A., *Geschichte der syrischen Literatur*. Bonn 1922.
- BAUR C., *Saint Jean Chrysostome et ses œuvres dans l'histoire littéraire*. Louvain 1907.
- *Der ursprüngliche Umfang des Kommentars des hl. Joh. Chrysostomus zu den Psalmen*, in *Χρυσόστομικά* (Roma 1908) 235-242.
- *Drei weitere Nestorius-Predigten*, in *Zeitschrift für kath. Theologie* 38 (1914) 99-102.
- *Chrysostomus in Genesim*, in *Theologische Quartalschrift* 108 (1927) 221-232.

- *Joannes Chrysostomus und seine Zeit*. München 1929-1930.
- *Initia Patrum Graecorum*. [Studi e Testi 180-181]. Città del Vaticano 1955.
- *Drei unedierle Festpredigten aus der Zeit der nestorianischen Streitigkeiten*, in *Traditio* 9 (1953) 101-126.
- BECK H. G., *Kirche und theologische Literatur im Byzantinischen Reich* [Handbuch der Altertumswissenschaft 12, 2, 1]. München 1959.
- BONWETSCH G. N., *Methodius von Olympus*. Erlangen-Leipzig 1891.
- BRETZ A., *Studien und Texte zu Asterius von Amasea* [Texte und Untersuchungen 40, 1]. Leipzig 1914.
- BRIÈRE M., *Une homélie inédite d'Atticus, patriarche de Constantinople (406-425)*, in *Revue de l'Orient Chrétien* 29 (1933-1934) 160-166.
- BUDGE [WALLIS-BUDGE], *Coptic Homilies in the dialect of upper Egypt*. London 1910.
- CAVALLERA F., *Une nouvelle homélie restituée à Sévérien de Gabala*, in *Bulletin de Litt. Ecclésiastique* 33 (1932) 141-142.
- *Le schisme d'Antioche (IV-V^e siècle)*. Paris 1905.
- CONNOLLY R. H., *New attributions to Hippolytus*, in *The Journal of Theological Studies* 46 (1945) 192-200.
- CZERWIK S., *Homilia Paschalis apud Patres usque ad saeculum V*. Romae 1961.
- DEL FABBRO D., *Le omelie mariane nei Padri greci del V secolo*, in *Marianum* 8 (1946) 201-234.
- DELEHAYE H., *S. Romain martyr d'Antioche*, in *Analecta Bollandiana* 50 (1932) 241-283.
- DEVREESSE R., *La chaîne sur les Psaumes de Daniele Barbaro. II. Hésychius de Jérusalem*, in *Revue Biblique* 33 (1924) 498-521.
- *Chaînes*, in *Dictionnaire de la Bible, Supplément*, 1, 1084-1233.

- DIEU L., *Le commentaire sur Jérémie du Pseudo-Chrysostome serait-il l'œuvre de Polychronius d'Apamée?*, in *Revue d'Histoire Ecclésiastique* 14 (1913).
- DÜRKS W., *De Severiano Gabalitano*. Kiel 1917.
- DUMORTIER J., *La tradition manuscrite des Traités à Théodore*, in *Byzantinische Zeitschrift* 52 (1959) 265-275.
- DUPIN L. E., *Nouvelle Bibliothèque des auteurs ecclésiastiques*. Vol. 3, Paris 1694.
- S. EPHRAEM SYRI, *Opera omnia* (ed. ASSEMANI). Romae 1732-1746.
- S. EPHRAEM SYRI, *Opera* (ed. S. I. MERCATI). Romae 1915.
- EHRHARD A., *Überlieferung und Bestand der hagiographischen und homiletischen Literatur der griechischen Kirche von den Anfängen bis zum Ende des 16. Jahrhunderts*. [Texte und Untersuchungen 50-52, I]. Leipzig 1937-1943.
- EXARCHOS B. K., 'Η γνησιότης τῆς συγγραφῆς Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου «Περὶ κενοδοξίας, καὶ ὅπως δεῖ τοὺς γονεῖς ἀνατρέφειν τὰ τέκνα», in *Θεολογία* 19 (1941-1948) 153-170.
- *Joh. Chrysostomus, Über Hoffart und Kindererziehung* [Das Wort der Antike 4]. München 1955.
- FABRICIUS-HARLES, *Bibliotheca Graeca*. Vol. 8, Hamburgi 1802.
- FRANCHI DE' CAVALIERI P., *La «Homilia II in S. Pelagium» è veramente di S. Giovanni Crisostomo?*, in *Note Agiografiche* 8 [Studi e Testi 65] 281-303.
- FRANCO N., *Il Λόγος κατηχητικός della domenica di Pasqua, attribuito a S. Giovanni Crisostomo*, in *Roma e l'Oriente* 1 (1910) 368-373.
- GRAF G., *Zwei dogmatische Florilegien der Kopten*, in *Orientalia Christiana Periodica* 3 (1937) 48-77, 345-402.
- *Arabische Chrysostomos-Homilien untersucht und zum Teil übersetzt*, in *Theologische Quartalschrift* 92 (1910) 185-214.
- *Geschichte der christlichen arabischen Literatur* 1 [Studi e Testi 118] Città del Vaticano 1944.

- HAIDACHER S., *Eine unechte Chrysostomus-Homilie: Des hl. Chrysostomus Homilie De Melchisedeco*, in *Zeitschrift für katholische Theologie* 19 (1895) 162-165.
- *Eine angebliche Chrysostomus-Homilie: Quellen der Chrysostomus-Homilie De perfecta caritate*, in *ZtkTh* 19 (1895) 387-389.
 - *Bemerkungen zu den Homilien des hl. Chrysostomus*, in *ZtkTh* 21 (1897) 398-400.
 - *Zu den Homilien des hl. Chrysostomus*, in *ZtkTh* 25 (1901) 365-367.
 - *Zu den Homilien des Gregorius von Antiochien und des Gregorius Thaumaturgus*, in *ZtkTh* 25 (1901) 367-369.
 - *Studien über Chrysostomus-Eklogen*, in *Sitzungsberichte der königl. Akademie der Wissenschaften, Phil.-Hist. Kl.*, Wien 144 (1902) Heft 4.
 - *Chrysostomus-Excerpte in der Rede des Johannes Neusteles über die Büsse*, in *ZtkTh* 26 (1902) 380-385.
 - *Chrysostomus-Fragmente zu den katholischen Briefen*, in *ZtkTh* 26 (1902) 190-194.
 - *Eine unbeachtete Rede des hl. Chrysostomus an Neuge-taufte*, in *ZtkTh* 28 (1904) 168-193.
 - *Rede des Nestorius über Hebr. 3,1, überliefert unter dem Namen des hl. Chrysostomus*, in *ZtkTh* 29 (1905) 192-195.
 - *Chrysostomus-Fragmente unter den Werken des hl. Ephraem Syrus*, in *ZtkTh* 30 (1906) 178-183.
 - *Die Chrysostomus-Homilia de Chananaea unter dem Namen des Laurentius Mellifluus*, in *ZtkTh* 30 (1906) 183.
 - *Des hl. Johannes Chrysostomus Büchlein über Hoffart und Kindererziehung...* Freiburg 1907.
 - *Drei unedierle Chrysostomus-Texte einer Bassler Handschrift*, in *ZtkTh* 31 (1907) 141-171, 348-360.
 - *Pseudo-Chrysostomus: Die Homilie des Antiochus von Ptolemais über die Seele Adams und über das Leiden Christi*, in *ZtkTh* 32 (1908) 408-410.
 - *Pseudo-Chrysostomus: Die Homilie über Mt. 21, 23 von Severian von Gabala*, in *ZtkTh* 32 (1908) 410-413.

- *Chrysostomus-Fragmente*, in *Χρυσόστομικά* (Roma 1908) 217-234.
 - *Pseudo-Chrysostomus: epistula ad monachos*, in *ZtkTh* 34 (1810) 215-216.
 - *Pseudo-Chrysostomus: Homilie De angusta porta et in orationem dominicam*, in *ZtkTh* 34 (1910) 216-218.
 - *Abschiedsrede des Nestorius vor seine Abreise zum Ephesinum, überliefert unter dem Namen des hl. Gregor von Nyssa*, in *ZtkTh* 38 (1914) 92-99.
- HEMMERDINGER-ILIADOU D., *Éphrem grec*, in *Dictionnaire de Spiritualité* 4, 800-815.
- HOECK J. M., *Stand und Aufgaben der Damaskenos-Forschung*, in *Orientalia Christiana Periodica* 17 (1951) 5-60.
- HOLL K., *Amphilochius von Ikonium*. Tübingen 1904.
- JUGIE M., *Les homélies mariales attribuées à S. Grégoire le Thaumaturge*, in *Analecta Bollandiana* 43 (1925) 86-95.
- LAMPE G. W. H., *The Exegesis of some biblical Texts by Marcellus of Ancyra and Pseudo-Chrysostom's Homily on Ps. 96*, in *The Journal of Theological Studies* 49 (1948) 169-175.
- LAPÔTRE A., *La « Cena Cypriani » et ses énigmes*, in *Recherches de Science Religieuse* 3 (1912) 497-596.
- LAURENTIN R., *Table rectificative des pièces mariales inauthentiques ou discutées contenues dans les deux Patrologies de Migne*, in *Court Traité de Théologie Mariale* (Paris 1953) 119-173.
- LEBON J., *Les citations patristiques grecques du Sceau de la Foi*, in *Revue d'Histoire Ecclésiastique* 25 (1929) 6-32.
- *Discours d'Atticus de Constantinople sur la Sainte Mère de Dieu*, in *Le Muséon* 46 (1933) 167-202.
- LEROY F., *Recherches sur l'Homilétique de Proclus de Constantinople. Tradition manuscrite, inédits, études connexes* [Dissert. dactylographica]. Louvain 1963.
- LOOFS F., *Nestoriana, die Fragmente des Nestorius gesammelt, untersucht und herausgegeben*. Halle 1905.
- MARKOWICZ W. A., *Chrysostom's Sermones on Genesis: A Problem*, in *Theological Studies* 24 (1963) 652-664.

- MARTIN Ch., *Un Περὶ τοῦ Πάσχα de saint Hippolyte retrouvé?*, in *Recherches de Science Religieuse* 16 (1926) 148-165.
- *Note sur l'homélie εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον attribuée à saint Hippolyte de Rome*, in *Revue d'Histoire Ecclésiastique* 22 (1926) 68-70.
 - *Note sur deux homélies attribuées à saint Grégoire le Thaumaturge*, in *RHE* 24 (1928) 364-373.
 - *Une homélie de paenitentia de Sévérien de Gabala*, in *RHE* 26 (1930) 331-343.
 - *Note sur l'homélie de Sévérien de Gabala in illud: Pater, transeat a me calix iste (Mt. 26,39)*, in *Le Muséon* 48 (1935) 311-321.
 - *Proclus de Constantinople, Nestorius et le bienheureux Nil in Ascensionem*, in *RHE* 32 (1936) 929-932.
 - *Fragments palimpsestes d'un discours sur la Pâque attribué à Hippolyte de Rome (Crypt. B. a. 55)*, in *Mélanges Cumont* (Bruxelles 1936) 1, 321-363.
 - *Hippolyte de Rome et Proclus de Constantinople*, in *RHE* 33 (1937) 255-276.
 - *Un florilège grec d'homélies christologiques des IV^e et V^e siècles sur la Nativité (Paris gr. 1491)*, in *Le Muséon* 54 (1941) 17-57.
- MARX B., *Severiana unter den Spuria Chrysostomi bei Montfaucon-Migne*, in *Orientalia Christiana Periodica* 5 (1939) 281-367.
- *Procliana. Untersuchungen über den homiletischen Nachlass des Patriarchen Proklos von Konstantinopel* [Münsterische Beiträge zur Theologie 23]. Münster 1940.
 - *Der homiletische Nachlass des Basileios von Seleukeia*, in *Orientalia Christiana Periodica* 7 (1941) 329-369.
- MERCATI G., *De nonnullis versibus dodecasyllabis S. Germani I CP. Patriarchae homiliae Εἰς τὰ εἰσόδια τῆς θεοτόκου insertis*, in *Roma e l'Oriente* 9 (1915) 147-165.
- *A parallel to a coptic Sermon on the Nativity*, in *The Journal of Theological Studies* 18 (1917) 315-317 (= *Studi e Testi* 79, 46-48).

- MERCATI S. G., *Antica omelia metrica « in Nativitalem Christi »*, in *Biblica* 1 (1920) 75-90.
- MOHRMANN Chr., *Note sur l'homélie pascalle VI de la collection pseudo-chrysostomienne dite « des petites trompettes »*, in *Mélanges Andrieu (Revue des Sciences Religieuses 1956 h. s.)* 351-360.
- MONTAGNA D. M., *La liturgia mariana primitiva. Saggio di orientamento*, in *Marianum* 24 (1962) 84-128.
- MORAITES D., *Ἡ γνησιότης τῆς πραγματείας « περὶ κενοδοξίας καὶ ὅπως δεῖ τοὺς γονέας ἀνατρέφειν τὰ τέκνα »*, in *Θεολογία* 19 (1941-1948) 718-733.
- NAU F., *Nestorius, Le livre d'Héraclide de Damas*. Paris 1910.
- *Sur diverses homélies pseudépigraphiques, sur les œuvres attribuées à Eusèbe d'Alexandrie et sur un nouveau manuscrit de la chaîne Contra Severianos*, in *Revue de l'Orient Chrétien* 13 (1908) 408-435.
- NAUTIN P., *Homélies Pascales I-III* [Sources Chrétiennes 27, 36, 48]. Paris 1950-1957.
- *Le dossier d'Hippolyte et de Méliton* [Patristica 1]. Paris 1953.
- OGARA F., *Una homilía rítmica desconocida y sus derivaciones (PG 61, 737-738)*, in *Miscellanea Comillas* 1 (1943) 463-485.
- *La homilía intitulada « de sacerdotio liber septimus » (PG 48, 1067-1068)*, in *Gregorianum* 27 (1946) 145-155.
- PANKOW A., *Methodius, Bischof von Olympos*, in *Der Katholik* 67 (1887, I) 1-28, 113-142, 225-250.
- PAPADOPOULOS Chr., *Λόγος εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἀνέκδοτος ἐπ' ὀνόματι Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας*, in *Εἰς μνήμην Σπυρίδωνος Λάμπρου* (Athènes 1935) 35-41.
- PERLER O., *Recherches sur le Peri Pascha de Méliton*, in *Recherches de Science Religieuse* 51 (1963) 407-421.
- PETERSON E., *Jüdisches und christliches Morgengebet in Syrien*, in *Zeitschrift für katholische Theologie* 58 (1934) 110-113.
- PITRA J. B., *Iuris Ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*. Paris 1868.

- RADÓ P., *Die Ps. Chrysostomische Homilie εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν*, in *ZikTh* 56 (1932) 82-83.
- RICHARD M., *Les homélies d'Astérius le Sophiste sur les psaumes IV-VII*, in *Revue Biblique* 44 (1935) 548-588.
- *Léonce de Jérusalem et Léonce de Byzance*, in *Mélanges de Science Religieuse* 1 (1944) 35-88.
- *Une ancienne collection d'homélies grecques sur les psaumes I-XV*, in *Symbolae Osloenses* 25 (1947) 54-73.
- *Les premières chaînes sur le Psautier*, in *Bulletin d'Inform. de l'Institut de Recherche et d'Histoire des Textes* 5 (1956) 87-98.
- *Nouveaux témoins des homélies V et XX d'Astérius le Sophiste sur les psaumes*, in *Symbolae Osloenses* 34 (1958).
- *L'homélie XXXI d'Astérius le Sophiste et le codex Mosquensis 234*, in *Symbolae Osloenses* 36 (1960).
- *Une homélie monarchienne sur la Pâque*, in *Studia Patristica* 3 [Texte und Untersuchungen 78] 273-289.
- SALTET L., *Un document perdu du concile d'Éphèse de 431*, in *Revue d'Histoire Ecclésiastique* 6 (1905) 513-536, 741-754.
- SEVERIANI, sive Seberiani *Gabalorum episc. Emesensis homiliae* (edit. J. B. AUCHER). Venetiis 1827.
- SKARD E., *Asterios von Amaseia und Asterios der Sophist*, in *Symbolae Osloenses* 20 (1940) 86-132.
- *Bemerkungen zu den Asterios-Texten*, in *Symbolae Osloenses* 27 (1949) 54-64, 66-69.
- *Index Asterianus* [Symbolae Osloenses, fasc. suppl. 17]. Osloae 1962.
- TILLEMONT S. (LENAIN DE), *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique des six premiers siècles*. Vol. 11, Paris 1706.
- THILO J. C., *Über die Schriften des Eusebius von Alexandrien und des Eusebius von Emisa*. Halle 1832.
- UBALDI P., *La lettera CCXXXIII πρὸς τὸν Ἀντιοχείας dell'epistolario di S. Giovanni Crisostomo*, in *Bessarione* s. 2 vol. 1 ann. 6 (1901) 69-79.

- *Di una lettera di S. Giovanni Crisostomo*, in *Bessarione* s. 1 vol. 8 ann. 5 (1900) 244-264.
- VOGT P., *Zwei Homilien des hl. Chrysostomus, mit Unrecht unter die zweifelhaften verwiesen*, in *Byzantinische Zeitschrift* 14 (1905) 498-508.
- WENGER A., *Notes inédites sur les Empereurs Théodose I, Arcadius, Théodose II, Léon I*, in *Revue des Études Byzantines* 10 (1952) 47-59.
- *Le sermon 80 de la collection augustinienne de Mai restitué à Sévérien de Gabala*, in *Augustinus Magister* 1 (Paris 1954) 175-185.
- *Jean Chrysostome, Huit catéchèses baptismales inédites* [Sources Chrétiennes 50]. Paris 1957.
- WEYER J., *De homiliis quae Joanni Chrysostomo falso attribuantur* [Dissert. dactylographica]. Bonn 1952.
- WILMART A., *La collection des 38 homélies latines de saint Jean Chrysostome*, in *The Journal of Theological Studies* 19 (1918) 305-327.
- WITTIG J., *Studien zur Geschichte des Papstes Innocenz I. und der Papstmahlen des 5. Jahrhunderts*, in *Theologische Quartalschrift* 84 (1902) 388-439.
- ZELLINGER J., *Die Genesishomilien des Bischofs Severian von Gabala* [Alttestamentliche Abhandlungen 7, 1]. Münster 1916.
- *Studien zu Severian von Gabala* [Münsterische Beiträge zur Theologie 8]. Münster 1926.

REPERTORIUM

- 1 Ἀγαπᾶν τὸν θεὸν ἐξ ὅλης
— τὴν μηδέποτε τέλος ἔχουσαν, ἥς γένοιτο...
Quid faciens christianus vitae aeternae hereditatem accipiet. Ecloga 48.
PG 63, 899-902.

Haec ultima homilia collectionis eclogarum (vide n. 59) non est efformata, sicut ceterae, e fragmentis chrysostomicis, sed e parvis quibusdam phrasibus et verbis : cf. Haidacher, in *SBKAW* 144 (1902) 4, 29.

- 2 Ἀγάπην ποίαν φησί ; Τὴν εἰλικρινῇ
Fragmentum in 1 Io. 4, 8.
PG 64, 1061 A13-B3.

Dubium est apud Baur, *Inilia PP. GG.* Sed authenticitatem probaverat Haidacher, in *ZikTh* 26 (1902) 193. Desumitur scilicet ex homilia 2 in 1 Tim. (*PG* 62, 509, 19-10 a.i.).

- 3 Ἀγάπην τὴν οὐρανοκλίμακα
— εἰς αἰῶνα φυλαχθήσεται... ἥ γένοιτο...
Caritatem secundum Deum rem esse Deo dignam.
PG 61, 681-684.

Nestorio tribuitur a Marx, *Procliana*, p. 19. Idem habetur apud Baur, *Inilia PP. GG.*, qui citat Loofs, *Nestoriana* 105. At, nisi fallor, Loofs ibi non agit de hac homilia sed de sequenti.

Ἀγαπητοί : Titulum hunc initio homiliarum omitto. Unde homiliae quaerendae sunt e verbis sequentibus.

- 4 Ἀγγέλοις μὲν οὐρανὸς
— τὸ τῆς ἄνω κλήσεως βραβεῖον μεταδίωξωμεν
ἐν Χρ., ᾧ...

*Ad eos qui magni aestimant opes, et erga res
vitae splendoras temere affecti fuerunt.*

PG 64, 453-461.

Haidacher, in *ZlkTh* 38 (1914) 92, eam dicit certo spuriam. Idem tenuit Weyer, in dissertatione manuscripta, notans auctorem homiliae diligenter vitare concursum vocalium atque clausulas facere numeris quantitate ordinatis; quae sane a Chrysostomo aliena sunt.

Utrum Nestorio sit tribuenda, putavit Bardenhewer 3, 344, amplius esse investigandum.

Apud Baur, *Inilia PP. GG.*, nullo ambiguitatis signo notatur.

- 5 Ἀγγέλους ἐγκωμιάζειν χρή
— ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνόν σου ἔμπροσθεν τοῦ
θεοῦ · αὐτῶ...

In synaxim archangelorum.

PG 59, 755-756.

BHG 126 (1, 41).

Homilia haec non est excerptum Theodori Studitae (vide n. 44), ut voluerat Mai, *NBP* 5, 4, 1; sed est secunda pars homiliae *In synaxim incorporalium*. Vide n. 362a.

- 6 Ἀγωνιζέσθω οὖν καὶ Σουσάννα
— ἵνα τῆς αὐτῆς καὶ ὑμεῖς τιμῆς ἀξιωθῆτε παρὰ
θεοῦ...

De Susanna.

PG 56, 590, 16 a.i.-591, 10.

BHG 2407 (3, 70).

Est fragmentum homiliae pseudochrysostomicae de Susanna (PG 56, 589-599). Vide n. 176.

Ἀδελφοὶ φιλόχριστοι. Vide n. 27.

- 7 Ἀδιήγητον πέλαγος δι' αἰῶνος
— ἐκ ταύτης τῆς ἁγίας παρθένου προῆλθεν ὁ
κύριος ἡμῶν Ι.Χρ...

In Natale Domini et in s. Mariam Genitricem.

Le Muséon 77 (1964), p. 163-173.

BHG 1892d (3, 215).

P. Leroy, homiliam hanc putat esse saeculi V in. aut IV ex. Cf. *Le Muséon*, l. c., p. 161-163.

- 8 Ἀεὶ μὲν [ἀδελφοί] τὴν τοῦ θεοῦ [vel κυρίου]
φιλανθρωπίαν
— βοῶντες εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι
κυρίου · αὐτῶ...

In parabolam de filio prodigo.

PG 59, 515-522.

Montfaucon, in monito, contradicit Dupin, *Nouvelle Bibliothèque* 3, 26, homiliam hanc Severiano Gabalensi tribuere volenti. Contradicit etiam Zellinger, *Studien* 4-5.

- 9 Ἀεὶ μὲν ἐμοὶ δοκεῖ
— φοβεροῖς μυστηρίοις τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ
σωτῆρος ἡμῶν Ι.Χρ., ᾧ..

De continentia.

ZlkTh 30 (1906) 575-581.

PG 56, 291-294.

Qui primus textum graecum edidit, Haidacher, in *ZlkTh* l. c. 574 s, authenticitatem homiliae dicit esse extra controversiam. Attamen putat Weyer, in dissertatione manuscripta, dubiam manere authenticitatem eo quod duae homiliae de precatione (PG 50, 775-786), quarum locos parallelos attulerat Haidacher in confirmationem authenticitatis (utpote qui crederet eas fuisse a Vogt legitime vindicatas), nunc ab ipso Weyer spuriae probatae sunt. Vide n. 21 et 348.

- 10 Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ Ἀγίου
— φιλανθρωπία τοῦ παναγίου καὶ ἐλεήμονος θεοῦ
ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ...

De sacra synaxi.
PG 89, 825-849.

Est Anastasii Sinaitae.

- 11 Ἀεὶ μὲν μνημονεύειν
— εὐχαῖς δὲ τῶν μνημονευθέντων ἁγίων, ᾧ...

*De paenitentia h. 1; ubi omnia hominum
vilia numerantur et nolantur.*
PG 60, 681-700.

Coniecit Savile, 8, 824, homiliam hanc esse forte
versionem ex aliquo auctore latino. Ceterum apud
ipsum textus mutilus est.

Montfaucon in monito proposuit identitatem auctoris
pro his tribus homiliis de paenitentia (PG 60, 681-708).

- 12 Αἱ τῶν νηπίων φιλότεκνοι
— καὶ δότε ἱμάτια ἵνα λάβητε ἰάματα ἐν Χρ. ἰ....

*In illud (Lc. 12, 49): Ignem veni mittere; et
in illud (Mt. 10, 34): non veni pacem mittere.*
PG 62, 739-742.

Notavit Savile, 8, 868, postremam homiliae partem
(a col. 741, 42) videri fragmentum cuiusdam alius
homiliae, forte de pharisaeo.

- 13 Αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ
— τὸν Ἐνώχ εἰς παράδεισον ᾧκισεν ἐν Χρ. ἰ....

De ieiunio s. 4.
PG 60, 715-718.

Dubia habetur apud Fabricius-Harles, *Bibliotheca
Graeca* 8, 464 (PG 64, 1329-1330).

Hanc homiliam cum tribus praecedentibus et tribus
sequentibus (quas unius putat auctoris) Proclo tribuit
Marx, *Procliana*, n. 67, p. 67.

Ἀκούσας ὁ διάβολος. Vide n. 72.

Ἀκούσατε τοῦ δεσπότη. Vide n. 177.

- 14 Ἀκουσον, [ᾧ] οὐρανέ, μετὰ ἀκριβείας
— ἀποστραφήσονται εἰς τὸν ἄδην, ἐξ οὗ ῥυσθήμεν,
χάριτι...

Visio Danielis.

VASSILIEV, *Anecdota graeco-byzantina* 1, 33-38.

BHG 1871 (2, 314).

Spuria habetur apud Fabricius-Harles, *Bibliotheca
Graeca* 8, 465 (PG 64, 1329-1330). Cf. etiam Savile 8,
357 n. 9.

- 15 Ἀκριβῶς δὲ

In Iob cap. 3.

PG 64, 577-584.

Fragmenta dubia. Haidacher, in *Chrysostomica* 224,
duorum fontem chrysostomicum notavit :

64, 584A9-C9 = 52, 418, 8 a.i.-419, 19 Cum Saturninus...

- 16 Ἀλλὰ πρῶτον ἀναθεῖς

In Iob cap. 29.

PG 64, 628-632.

Fragmenta dubia. Haidacher, in *Chrysostomica* 224, hos
fontes adinvenit :

64, 629A13-C7 = 63, 482, 13-45 Homil. 4 e novis.
— 632A7-D7 = — 482, 35-483, 13

- 17 Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τούτοις
— καὶ τῶν πατρικῶν κόλπων οὐκ ἐχωρίσθη.

In Nativitatem Salvatoris.

Le Muséon 54 (1941) 48-52.

Ut notavit editor, Ch. Martin, est cento variarum
sententiarum haustarum ex homilia in Natalem Salva-
toris (PG 56, 385-396). Vide n. 260.

- 18 Ἄλλ' ὁρῶ τοῖς ἐμαντοῦ
— ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος · οὐ...

Ante exsilium.
PG 52, 431-432.

Homiliae genuinae Ante exsilium (PG 52, 427-430) fragmentum adiunctum, quod Montfaucon in monito spurium iudicavit; de quo etiam dubitaverat Savile 8, 958.

Et quidem in antiqua versione latina saeculi V in. (PG 52, 431-436) hoc fragmentum abest: cf. Wilmart, in *JThSt* 19 (1918) 321.
Vide n. 422.

- 19 Ἄλλοις μὲν ἄλλας
— τὸν πλουτοδότην κύριον προσκαλιστῶν ὑμῖν
ἔγγυον, ᾧ...

In sanguinis fluxu laborantem.
PG 64, 17-20.

Proclo tribuitur a Marx, *Procliana* n. 79, p. 72-73; qui praeterea censet eam non esse promissam continuationem homiliae imperfectae PG 59, 575-578, etsi hanc quoque Procli esse existimat.

- 20 Ἀλλοιωθησομένους τοὺς διὰ
— τοῦ λόγου δηλαδὴ τοῦ σαρκωθέντος δυνάμεθα

In Ps. 79.
PG 55, 725-728.

Hesychio Hierosolymitano restituitur a Devreesse, in *Rev. Bibl.* 33 (1924) 510; *DBS* 1, 1135. Pertinet ad eius commentarium longum Psalterii.

- 21 Ἀμφοτέρων ἕνεκα προσήκει
— ἀξιούς ἀπεργάσθαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας
διὰ τοῦ...

De precatatione h. 1.
PG 50, 775-780.

Post Tillemont et Ceillier a Montfaucon inter dubias homilias recepta, defenditur tamquam genuina a P. Vogt, in *Byzant. Zeitschr.* 14 (1905) 498-508. Attamen eam esse certo spuriam probavit diligentissime J. Weyer, in dissertatione manuscripta.

- 22 Ἀναγκαῖον, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, μαθεῖν

De sacris mysteriis.
PG 59, 260, 34-262.

Signatur apud Fabricius-Harles, *Bibliotheca Graeca* 8, 465 (PG 64, 1329-1330) tamquam spuria et praetermissa. Notavit tamen Baur, *Inilia PP. GG.*, eam nihil esse nisi fragmentum homiliae genuinae 46 in Ioannem.

- 23 Ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι
— τὴν παρρησίαν, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν
ἐπιτυχεῖν...

*In negationem Petri et in crucem; et quomodo
Ioseph fuerit figura Christi.*
PG 59, 613-620.
BHG 1488g (2, 193).

Notavit Montfaucon in monito, postremam huius homiliae partem desumptam esse e genuina homilia 3 in 2 Cor., 4, 13:

59, 618, 15-620 = 51, 299, 49-302

- 24 Ἀναγκαῖόν ἐστι πάλιν σήμερον [vel σήμερον πάλιν]
— desinit diversis formis, de quibus vide BHG, l.c.
infra.

*De adventu et annuntiatione Ioannis apud
inferos.*

PG 86, 509-526.

BHG 635r. 635s (1, 198). Cf. BHG 635sc.

Pertinet ad collectionem Ps. Eusebii Alexandrini n. 7 [13]. Cf. Nau, in *ROC* 13 (1908) 430. Vide n. 64.

- 25 Ἀναγκαίως καὶ νῦν εἰς τὸ τέλος
— μηδὲν πλανᾶσθαι τῶν ἀνθρωπίνων ἢ σφάλλεσθαι.

In Ps. 84.
PG 55, 738-740.

Hesychio Hierosolymitano restituitur a Devreesse, in *Rev. Bibl.* 33 (1924) 510; *DBS* 1, 1135. Pertinet ad eius commentarium longum Psalterii.

- 26 Ἀναστάσεως Χριστοῦ ἑορταί
— τὸν ὑπὲρ τῆς ὀγδόης ψάλλωμεν Χριστῷ συνα-
νιστάμενοι...

In Ps. 11 h. 3 [In hebdomada Paschae].
Asterius, *Comment. in Psalmos* (Richard)
172-174.

Putavit Richard, in *Symbol. Osloenses* 25 (1947) 66, homiliam hanc videri originis apollinaristae. Sed E. Skard, *ib.* 27 (1949) 58-64, probavit eam esse Asterii Sophistae. Cf. Richard, in editione commentarii p. IV-V. VII.

- 27 Ἄνδρες φιλόχριστοι καὶ φιλόξενοι
— α) πυρὶ βαπτίζονται Χ. τῷ ἀληθινῷ ἡμῶν
θεῷ, μεθ' οὗ...
— β) πάλιν ὅπερ ἔπεμψεν ὑποδεξάμενος, ᾧ...

In sancta Theophania.
a) Savile 7, 657-661.
PG 10, 1177-1189.
b) PG 88, 1865-1872.
BHG 1926-1927 (3, 228).

Post Mai, *NBP* 2, 553 (PG 88, 1865), Haidacher, in *ZlkTh* 25 (1901) 368-369, tribuit homiliam hanc Gregorio Antiocheno, qui in ea continuaret homiliam in Mt. 17, 5 (PG. 64, 33-38).

Notavit praeterea Haidacher identitatem inter textum latinum unicum a Mai editum et textum graecum iamdiu publicatum in editione Savilii (tamquam Gregorii Thaumaturgi) et etiam inter opera istius. Longioris recensionis (sub a) explicationem ipse affert, quod ea quae adduntur (PG 10, 1188D-1190A) e sequenti homilia (PG 88, 1872-1884) desumpta sint.

- 28 Ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ
— βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου · ὧν γένοιτο...

In triduanam resurrectionem.
Thilo 91-99.
PG 61, 733-738.

Pertinet ad collectionem Ps. Eusebii Alexandrini n. 11 [20]. Cf. Nau, in *ROC* 13 (1908) 431-432. Alia recensio apud BHG 635u. Cf. Giannelli ibidem citatum.

- 29 Ἀνέτειλεν ἡμῖν, ἀγαπητοί, τὸ φαιδρὸν
— τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς · ἥς γένοιτο...

In ingressum sanctorum ieiuniorum.
PG 62, 727-728.

Proclo ex tempore dicenti tribuitur a Marx, *Procliana*, n. 74, p. 70-71, tamquam probabile.

- 30 Ἀνοιγέσθω σήμερον πᾶν στόμα
— τοσοῦτον κάλλος περιαστράπτει τὴν ἐκκλησίαν.
Γένοιτο...

In Theophaniam.
PG 65, 15-26.
BHG 1928 (3, 228).

Est Severiani Gabalensis.

- 31 Ἀνώνυμος μὲν ὁ ψαλμός, οὐ μὴν
— διὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτὸν ἐπισ-
τρέψωμεν.

In Ps. 99.
PG 55, 782-784.

Hesychio Hierosolymitano restituitur a Devreesse, in *Rev. Bibl.* 33 (1924) 510; *DBS* 1, 1135. Pertinet ad eius commentarium longum Psalterii.

- 32 Ἀνώνυμος ὁ ψαλμός, οὐκ ἀνεπίγραφος
— ἄλλ' ἐκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν οἰκονομεῖ τὸ
κριτήριον.

In Ps. 91.
PG 55, 762-765.

Hesychio Hierosolymitano restituitur a Devreesse, in *Rev. Bibl.* 33 (1924) 510 ; *DBS* 1, 1135. Pertinet ad eius commentarium longum Psalterii.

- 33 Ἀπαντες μὲν ἄνθρωποι φύσει
— ἐνθα καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς ὁ πάντων Δεσπότης Θεὸς
ἀξιώσει ἐν Χρ...

De spe.
PG 60, 771-774.

- 34 Ἀπαρξώμεθα τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ
— σταυρὸς ἦνεγκεν ἅκτινα δικαιοσύνης · πάντα
ἡμῖν ἀπὸ σταυροῦ, ἡμεῖς δὲ τοῦ Χρ...

De cruce et latrone.
Augustinus Magister 1, 177-182.
BHG 414p (3, 88).

Homilia haec, quae a Montfaucon praetermissa est tamquam spuria (*PG* 64, 1331-1332), transmissa fuerat iam saeculo V in. latine in collectione 38 homiliarum chrysostomicarum : cf. Wilmart, in *JThSt* 19 (1918) 314, n. 12 (ubi falso remittitur ad *PG* 49, 407-418). Textus graecus primum editus est a Wenger *l. c.*, qui, *ib.* 184-185, homiliam tribuit Severiano Gabalensi. Id tamen reiecit Altendorf, in dissertatione manuscripta ; qui putat homiliam esse Procli. Antiqua versio latina edita est a Mai, *NBP* 1, 156-159 (inter opera S. Augustini) et transcribitur etiam a Wenger *l. c.* Aliam recensionem ineditam vide signatam apud *BHG* 414q.

- 35 Ἀπας μὲν καιρὸς παντὶ
— ταῖς ἡμετέραις ἐννοίαις ἐγγράψωμεν, δόξαν ἀπο-
πέμποντες...

In pharisaeum et meretricem.
PG 61, 727-734.

Proclo tribuitur a Marx, *Procliana*, n. 13. p. 26-27.

- 36 Ἀποικίζει ὁ Θεὸς τὸν δίκαιον
— πρὸς τὸν αὐτοῦ Πατέρα, ἵνα ἐν παντὶ τόπῳ
προσκυνῶμεν...

In Abraham et Isaac.
S. Ephraem Syri opera (Mercati) 43-95.
PG 56, 537-542.
BHG 2344 (3, 60).

Tenuit Haidacher, in *ZlkTh* 29 (1905) 754-756, homiliam hanc desumptam esse maiori ex parte ab homilia Gregorii Nysseni *PG* 46, 553-576.

Sed Mercati (qui ostendit homiliam esse rhythmicam) probavit, *l. c.* 19-41, Nyssenum transcripsisse nostram homiliam (qua etiam alibi utitur). Hinc homilia ante annum 383 composita est.

Videtur authenticum opus S. Ephraem, cui sane in multis manuscriptis tribuitur. Cf. *DSpir.* 4, 806, 16.

- 37 Ἀποστολικὴν ὑμῖν σήμερον
— τὴν τῶν προσκομιζόντων προσφορὰν εἰς τὸ
διηνεκὲς προσάγων...

De Melchisedech.
PG 56, 257-262.
BHG 2269b (3, 49).

Homilia haec, etsi inter genuinas Chrysostomi edita (et revera plura continet chrysostomica), ostenditur a Haidacher, in *ZlkTh* 19 (1895) 162-165, composita ex duabus partibus :

Prima, scilicet col. 257-260, 22, est transcriptio primae partis homiliae 1 de Prophetarum obscuritate (*PG* 56, 163-167, 14 a.i.), verbis tamen προφητικὴν et Ἰσααίου in ἀποστολικὴν et Παύλου mutatis.

Secunda pars, scilicet col. 260, 23-262, dependet a S. Epiphani, *Panario* 67, 3-7 (*PG* 42, 176-181) ; non tamen immediate, sed media homilia pseudochrysostomica *PG* 61, 740, 28 a.i.-742 (Vide n. 450).

Hoc postremum confirmatur ab Altaner, in *Byz. Zeitschr.* 40 (1940) 41-46, qui tenet illam partem nostrae homiliae, certo postephesinam, fortasse periodo byzantinae incipienti pertinere (saec. VI).

- 38 Ἐὰρ μέμνησθε τῶν ζητημάτων
— τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μετὰ σπουδῆς ἀπάσης καὶ
προθυμίας, ἵνα...

In Genesim s. 2.
PG 54, 586-590.

Ab omnibus genuinus habetur. Vide tamen n. 578.

- 39 Ἐὰρ τις ἐποίησεν ὅπερ ἡξίωσα;
— ἀρέσαι τῷ Θεῷ τοιοῦτους τρέφοντες ἀθλητάς,
ἵνα...

De inani gloria et de educandis liberis.
B. K. EXARCHOS, *Joh. Chrysostomus, Über Hoffart und Kindererziehung* (München 1955) [*Das Wort der Antike* 4].
Obras de S. Juan Crisóstomo, Tratados ascéticos [BAC 169] 762-809.

Authenticitas negata est a C. Oudin, qui opus habuit tamquam compositum duarum eclogarum (*PG* 63, 671-678 et 763-772). Negata etiam a Montfaucon (*PG* 64, 1333-1334).

Sed defenditur a S. Haidacher, *Das hl. Johannes Chrysostomus Büchlein über Hoffart und Kindererziehung* 1, 29. Ipse putat librum inserendum esse inter homilias 10 et 11 in epistolam ad Ephesios; unde compositum Antiochiae circa annum 393.

Recentius propugnavit authenticitatem Exarchos, in *Θεολογία* 19 (1941-1948) 153-170, 340-355, 559-571. Contra quem scripsit D. Morañtes, *ib.*, 718-733. Huic autem respondit Exarchos in introductione suae editionis citatae.

- 40 Ἐὰρ, φησὶν, ὑμῖν οὐ δοκεῖ

In Iob cap. 7.
PG 64, 596-601.

Fragmenta dubia. Haidacher, in *Chrysostomica* 224, hos fontes invenit :

597 A13-D5	= 63, 480, 12-42.	Homil. 4 e novis.
600 B 5-7	= 47, 313, 15-17.	Ad Theod. lapsus 1. 2.
— D 7-601 A5	= 49, 272, 10 a.i.-273, 3	De diabolo h. 3

- 41 Ἀριθμῶν τὰ τοῦ βίου
— οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ · αὐτῷ...

De virtute animi.
PG 64, 473-480.

A Montfaucon (*PG* 64, 1333-1334) praetermissa tamquam spuria, edita est a Becher anno 1839.

Apud Baur, *Initia PP. GG.*, nullo signo ambiguitatis notatur. Sed Haidacher, in *ZikTh* 38 (1914) 92, eam dixerat certo spuriam.

Utrum Nestorio sit tribuenda, putavit Bardenhewer 3, 344 amplius esse investigandum.

Nescio utrum eadem sit, aut certe huius alia recensio, homilia quae notatur apud *BHG* 843n (1, 273).

- 42 Ἀρτίως ἠκούσατε [vel ἀκούσαντες] τοῦ ὑμνογράφου
— τὴν μνήμην τῶν προσημαρτηκῶτων... ἔχοντες,
χάριτι...

In Davidem regem et Paulum apostolum, de paenitentia; et in varia dicta Psalmistae, quae ad Christi finem pertinent; et quod non debemus desperare de salute nostra.
PG 55, 527-532.

Dubia habita est, post Tillemont, a Montfaucon in monito; qui notavit plura in hac homilia convenire cum homilia altera in Ps. 50 (*PG* 55, 575-588). Et sane homilia fere tota in hac postrema hinc inde invenitur :

527, 3 a.i.-528, 10 a.i.	= 577, 28 a.i.-22 a.i.
528, 3 a.i.- 529, 3	= 582, 3 a.i.-583, 3
529, 5-6	= 586, 6-7
529, 8-530, 15	= 583, 28 a.i.-584, 8 a.i.
530, 19-21	= 585, 5 a.i.-2 a.i.
530, 23-25	= 585, 31-33
530, 25-26	= 585, ult.-586, 6
530, 32 a.i.-29 a.i.	= 575, 3 a.i.-576, 2
530, 24 a.i.-6 a.i.	= 577, 13 a.i.-578, 6
531, 13-532, 2	= 578, 27-21 a.i.

Nota praeterea haec ex prima homilia in Ps. 50 (*PG* 55, 565-575) :

528, 8 a.i.-5 a.i.	= 570, 11ss.
530, 27-28	= 571, 13

Ex hac textuum comparatione patet homiliam nostram esse excerptum e duabus homiliis in Ps. 50 (maxime e secunda). Haec secunda homilia, etsi spuria, satis antiqua est, utpote quae in collectione latina 38 homiliarum habeatur sub nomine Chrysostomi : vide n. 474. Apud Baur, *Initia PP. GG.*, nullo signo ambiguitatis notatur.

43 Ἀρχὴ σωτηρίας ἀνθρώπων

— πάλιν κηρύττοντι ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων · ὧν οἱ πατέρες ἡμῶν...

In illud (Mt. 21, 23) : in qua polestate haec facis.

PG 56, 411-428.

Montfaucon (PG 56, 409-410) negavit authenticitatem huius homiliae, quam attribuit ignoto cuidam presbytero antiocheno eiusdem temporis Chrysostomi, contradicens Tillemontio, qui proposuerat tamquam auctorem Severianum Gabalensem.

E citationibus Patrum posteriorum probavit Haidacher, in *ZikTh* 32 (1908) 410-413, auctorem esse revera Severianum; quod internis argumentis confirmavit Zellinger, *Studien* 24-27, et probavit nuper Altendorf, in dissertatione manuscripta.

44 Ἀρχιστρατήγων ἡμᾶς νοερῶν

— εἰς οὐρανοὺς ἀναγαγὼν συνηρίθμησε καὶ τῆς βασιλείας τῆς αἰωνίου

In caelestium ordinum caetus.

PG 99, 729-748.

BHG 125 (1, 41).

Est Theodori Studitae.

Haec homilia non est fons homiliae pseudochrysostomicae *In synaxim archangelorum* (Vide n. 5), ut voluerat Mai, *NBP* 5, 4, 1 : cf. Halkin, *Inédits Byzantins* 133 nota 4.

45 Ἀρχομένου γάρ, φησί, τοῦ ἱερέως...

Fragmentum.

PG 79, 345 D1-348 A11.

Hoc fragmentum desumpsit Haidacher, in *Chrysostomica* 227-228, ex epistola Nili 2, 294, censens illud posse esse genuinum.

Idem fragmentum affertur a Baur, *Initia PP. GG.*, tamquam pertinens ad Historiam mysticam Ecclesiae S. Germani. Huius operis certo non est. Editor, ad quem alludit Baur (Pitra, *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta* 2, 299), illud desumpsit non ex citata Historia, sed ex Nomocanone Constantii Malaxi : cf. *ib.* 670, adnot. ad p. 299.

46 Ἄισμα καινὸν ᾄσωμεν λαοί

— προσηλωθεὶς καὶ σώσας τὸν κόσμον · ὦ...

In adorationem venerandae crucis.

PG 62, 747-754.

BHG 415 (3, 89).

Homilia haec, iudicio Savilii 8, 869, est oratio barbara, incondita, insulsa, verborum portentis scatens, luce penitus indigna.

Ut notavit Richard, apud Skard, *Index Asterianus* 9, auctor transcribit fragmentum homiliae Asterii Sophistae In Ps. 18. Scilicet :

62, 752, 37-44 = Asterius, *Comment. in Psalmos* (Richard), h. 29, p. 234, 1-7.

47 Αὐτάρκως προτρεψάμενος...

In Iac. 1, 12.

PG 64, 1040 BC.

Fragmentum dubium dicitur a Haidacher, in *ZikTh* 26 (1902) 190 ; cf. etiam Devreesse, in *DBS* 1, 1227.

48 Αὕτη ἡ βίβλος τῆς μεταστάσεως Ἡνίκα δὲ ἔγνω...

— ἀπὸ τοῦ νῦν μὴ παύσῃ πρεσβεύουσα τῷ... ἀξιωθῆναι ἡμᾶς...

De dormitione Mariae.

PO 19, 437-438 + 406, 28-427, 7 + 431, 29-433.

BHG 1056g (3, 131).

Est redactio interpolata libelli Ioannis Thessalonicensis; quae in nonnullis manuscriptis Chrysostomo tribuitur. Cf. Jugie, in *PO* 19, 353, 357.

Αὕτη ἡ ἐπιγραφή · μάθωμεν. Vide n. 294.

- 49 *Αφατος [ή] εἰς ἡμᾶς
— καὶ ἐπὶ Μωυσεῶς σκιογραφηθέν. Χριστῷ... [vel αὐτῷ...].

In resurrectionem Domini.

Marx, *Procliana* 97-99.

Νέα Σιών 19 (1924) 356-358.

Publicatur ut adhuc inedita a Marx ex cod. Paris [non Vat.] gr. 1554 A, in quo tribuitur Chrysostomo. Edita fuerat anno 1924 ex quodam cod. Hieros. eam tribuente Basilio Seleuciensi.

Ehrhard eam crediderat Basilii Seleuciensis; Marx, *Procliana* n. 9, ipsam tribuit Proclo. Apud Baur, *Inilia PP. GG.*, est Chrysostomi.

- 50 Ἀφώμεθα τῆς ὁδοῦ τῆς στενῆς

In Iac. 5.

PG 64, 1049 A14-1052 D10.

Fragmenta haec dubia habentur a Baur, *Inilia PP. GG.* Sed Haidacher, in *ZlkTh* 26 (1902) 191, horum fragmentorum fontes descriperat:

1049 A-B5	= 57, 463, 29-35	In Mt. h. 43
1049 B8-C2	= 62, 558, 3 a.i.-559, 6	In 1 Tim. h. 12
1049 C5-9	= — 310, ult.-311, 5	In Col. h. 2
1049 C9-D3	= ?	?
1049 D7-1052 A10	= 57, 261, 11-37	In Mt. h. 17
1052 B1-12	= 50, 729, 32-45	In Petrum et Eliam
1052 C4-D10	= 62, 482, 9 a.i.-483, 14	In 2 Thes. h. 3

- 51 Βαρεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν
— τὰ τραύματα τῶν ἐνθυμιῶν θεραπεύσατε.

In Ps. 11 h. 2.

Asterius, *Comment. in Psalmos* (Richard) 160-172.

Citatur ut Chrysostomi ab Anastasio Sinaita (*PG* 89, 368 B8-369 C11); de quo tamen vide Richard, *o. c.*, p. XXI.

Asterio Sophistae tribuitur ab editore p. v.

- 52 Βασιλέως μὲν τοῦ ἐπιγείου
— ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζοντες, ἵνα... χάριτι...

De paenitentia et eleemosyna h. 2 [Dominica tyrophagi].

PG 60, 699-706.

Montfaucon in monito (*PG* 60, 681-682) proponit identitatem auctoris pro tribus his homiliis spurii de paenitentia (*PG* 60, 681-708).

- 53 Βασιλικήν, οἱ πιστοί, σήμερον
— δόξαν καὶ μεγαλωσύνην ἀναπέμψωσιν ἅμα τῷ Πατρὶ...

In festum Palmarum.

PG 77, 1049-1072 = 86, 2913-2937.

Sub diversis nominibus in manuscriptis tradita et etiam edita, est S. Sophronii Hierosolymitani. Cf. BECK, *Kirche und theol. Literatur* 435.

- 54 Βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν
— κύριος εἶπε πρὸς τὸν γεννώμενον · Υἱός μου εἶ σύ...

In Annuntiationem.

PG 60, 755-760.

BHG 1085c (3, 144).

Homilia haec, dempto exordio (col. 755-756, 15 a. i.), habetur apud Combefis, *Auctarium* 609 C5-620 C3, tamquam secunda pars alicuius longioris homiliae, cuius prima pars nihil est aliud nisi homilia pseudo-chrysostomica *PG* 50, 791-796: vide n. 389.

Quaestio ergo est, utrum nostra homilia sit opus aliquod in se integrum (ut vult Montagna, in *Marianum* 24 [1962] 126), an sit solummodo pars homiliae longioris (ut tenuit Jugie, in *An Boll.* 43 [1925] 91).

Jugie censuit homiliam longiorem compositam esse probabilius in secunda medietate saec. V, certo ante instaurationem festi Annuntiationis; necnon analogias ipsius cum homilia 6 Procli tales esse, ut ab eodem auctore procedat.

Et quidem homilia brevior Proclo tribuitur a Marx, *Procliiana* n. 73 p. 68-69. Quod iudicium non probavit Laurentin, *Table rectificative* 163.

Giannelli, *Codices Vaticani Graeci* p. 323 (cod. 1633 f. 172v) loquitur de aliqua recensione huius homiliae, in qua, post decem prima verba, alia desunt a col. 755, 18 a. i. usque ad col. 756, 19 a. i.

Pro versionibus palaeoslavicis, cf. N. van Wijk, in *Byzantino-Slavica* 7 (1937-1938) 108-123.

55 Βούλει μαθεῖν ὅσος κόσμος

— οὐδαμοῦ γὰρ ἀγαμίαν ἐνομοθέτησεν ὁ Θεός · ᾤ...

De ieiunio et temperantia. Ecloga 4.

PG 63, 595-602.

Haidacher, in *SBKAW* Wien 144 (1902) 4, 34-35, fontes chrysostomicos huius eclogae descripsit:

595, 7 a.i.-596, 5 a.i.	= 49, 307, 26-36	De paenitentia h. 5
596, 5 a.i.-597, 1	= — 305, 2 a.i.-306, 2 a.i.	— —
597, 2-14	= — 307, 5 a.i.-308, 18	— —
— 14-29	= — 52, 10-28	De statuis h. 3
— 29-46	= 53, 82, 5 a.i.-83, 24	In Genesim h. 10
— 46-59	= — 93, 1-14	In Genesim h. 11
— 59-598, 19	= — 82, 32-53	In Genesim h. 10
598, 19-31	= 49, 313, 15-314, 5	De paenitentia h. 5
— 31-36	= 48, 975, 1-7	De Lazaro h. 1.
— 36-39	= ?	?
— 39-55	= 51, 18, 9 a.i.-19, 9	In decem mill. talenta.
— 56-599, 6	= 59, 205, 13 a.i.-4 a.i.	In Ioannem h. 36
599, 6-17	= 56, 164, 4 a.i.-165, 11	De prophet. obscur. h. 1.
— 17-38	= 47, 510, 28-57	Contra virg. subintr.
	Cf. PG 91, 737 C-740 A	
— 38-44	= 57, 426, 5-13.	In Mt. h. 37
— 44-600, 4	= 56, 122, 38-41.	Vidi Dominum h. 1
600, 4-13	= — 123, 10 a.i.-124, 9	— —
— 13-28	= — 116, 7-23	Vidi Dominum h. 3
— 29-30	= ?	?
— 31-602, 7	= 52, 563, 8-16	Ad Olympiad. ep. 2
602, 7-11	= — 565, 10 a.i.-6 a.i.	— —
— 11-13	= ?	?

Circa collectionem 48 eclogarum vide n. 59.

56 Βούλει μαθεῖν πόσον τὸ ὀργίζεσθαι — Κύριε, τίς ὑποστήσεται ; ὅτι σοῦ...

De ira et furore. Ecloga 20.

PG 63, 689-694.

Haidacher, in *SBKAW* Wien 144 (1902) 4, 49-50, fontes chrysostomicos huius eclogae descripsit:

689, 12 a.i.-1 a.i.	= 59, 51, 8 a.i.-52, 8	In Ioannem h. 4
— 1 a.i.-691, 1	= — 52, 32-55	— —
691, 1-25	= — 51, 16-48	— —
	Cf. PG 91, 913 C-915 A	
— 25-30	= 59, 50, 11 a.i.-3 a.i.	— —
— 30-33	= — 51, 9-11	— —
— 33-38	= — 458, 31-36	In Ioannem h. 84
	Cf. PG 91, 921 C; 136, 1217 D	
— 38-41	= 61, 562, 4 a.i.-1 a.i.	In 2 Cor. h. 23
— 41-52	= 59, 272, 47-273, 1	In Ioannem h. 48
	Cf. PG 91, 837 C	
— 52-692, 14	= 60, 466, 2-33	In Rom. h. 8
692, 14-19	= 62, 104, 19-24	In Ephes. h. 14
— 19-22	= — 104, 47-51	— —
— 22-51	= 51, 44, 30-45, 3	In orat. domin.
— 51-693, 6	= 57, 283, 10-284, 23	In Mt. h. 19
693, 6-14	= 62, 114, 13 a.i.-5 a.i.	In Ephes. h. 16
— 14-23	= 63, 53, 12-20	In Hebr. h. 5
— 23-27	= 57, 50, 21-25	In Mt. h. 4
— 28-45	= 60, 506, ult.-508, 5	In Rom. h. 12
— 45-2 a.i.	= — 612, 18 a.i.-613, 5	In Rom. h. 22
2, a.i.-694, 5	= 49, 84, 14 a.i.-9 a. i.	De statuis h. 6
694, 5-17	= 55, 89, 2-14	In Ps. 7
— 18-38	= 62, 457, 21-5 a.i.	In 1 Thes. h. 10
— 38-44	= 51, 30, 17-23	In decem mill. talenta
— 44-47	= — 29, 20-32	— —
— 47-fin.	= 49, 198, ult.-199, 12	De statuis h. 20
	In editione Savillii (7, 817-818) haec adduntur:	
817, 27-40	= 51, 24, 37-4 a.i.	In decem. mill. talenta
— 40-818, 8	= 61, 440, 38-8 a.i.	In 2 Cor. h. 6
818, 8-18	= 57, 236, 29-49	In Mt. h. 15
— 18-19	= — 237, 23-24	— —
— 19-22	= 60, 349, 30-35	In Acta h. 50
— 22-fin.	= 49, 202, 8-17	De statuis h. 20

Circa collectionem 48 eclogarum, vide n. 59.

57 Βούλει τὴν αἰτίαν μαθεῖν

In 2 Petr. 2.

PG 64, 1060.

Fragmentum dubium apud Baur, *Initia PP. GG.*

58 Βούλεσθε ἰδωμεν τίνα

— τὰς ἐνεργείας παρασχεῖν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χρ.,
ἵνα...

De ingluvie et ebrietate. Ecloga 12.

PG 63, 645-652.

Haidacher, in *SBKAW* Wien 144 (1902) 4, 42-43,
fontes chrysostomicos huius eclogae descripsit :

645, 12 a.i.-647, 18	= 52, 468, 31-469, 26	Quod nemo laeditur
— 18-648, 12	= 50, 770, 31-772, 32	De fato h. 6
648, 12-27	= 61, 534, 6-23	In 2 Cor. h. 19
— 27-33	= — 112, 18 a.i.-12 a.i.	In 1 Cor. h. 13
— 33-8 a.i.	= 63, 206, 2 a.i.-208, 46	In Hebr. h. 29
— 8, a.i.-2 a.i.	= 50, 773, 18-24	De fato h. 6
— 2, a.i.-649, 14	= 58, 563, 4 a.i.-564, 9	In Mt. h. 57
649, 15-18	= 52, 468, 11 a.i.-10 a.i.	Quod nemo laeditur
— 18-43	= 58, 565, 19-566, 5	In Mt. h. 57
— 43-650, 18	= — 564, 19-565, 6	— —
650, 19-25	= — 566, 23-31	— —
— 25-28	= 48, 956, 4 a.i.-1 a.i.	In kalendas
—	Cf. PG 91, 884 B; 96, 165 D; 136, 917 D	
— 28-34	= 53, 265, 5 a.i.-266, 3	In Genesim h. 29
— 35-51	= ?	?
— 51-64	= 59, 137, 10-28	In Ioannem h. 22
— 64-651, 2	= 53, 82, 26-32	In Genesim h. 10
651, 2-20	= — 84, 5-22	— —
— 20-652, 11	= — 265, 22-36	In Genesim h. 29
652, 12-fin.	= 63, 208, 14-18	In Hebr. h. 29

Circa collectionem 48 eclogarum, vide n. 59.

59 Βουλόμενος ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς

— οὕτω γοῦν καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτευξόμεθα
ἀγαθῶν · ὦν...

De dilectione. Ecloga 1.

PG 63, 567-580.

Collectionem 48 eclogarum (PG 63, 567-902) investi-
gavit Haidacher, *Studien über Chrysostomus-Eklogen*,
in *SBKAW* Wien 144 (1902) 4, 1-4.

Auctor collectionis est Theodorus Daphnopates, seu
Magister, medio saec. X. Collectionis editio prima facta
est ab Etzel anno 1603. Ipse tamen non edidit nisi 33
eclogas; quarum 14 separatim iam editae fuerant,
trigesima autem prima non pertinebat ad primaevam

collectionem sed ab Etzel arbitrarie addita est. Qui
sane tribuit Theodoro solam eclogam 30 (*Encomium
in s. Paulum*).

Savile (7, 665-935) collectionem 48 eclogarum integre
edidit, scilicet :

a) 33 ab Etzel editas (sed aucto texto in eclogis 3, 5,
14, 20, 31, 32).

b) Novas eclogas 5 (*De fortitudine et robore*), 9 (*In
s. festum Palmarum*), 11 (*In s. natalitalem Christi*),
21 (*De paenitentia*), 28 (*Encomium aliud in
s. Paulum*).

c) 8 eclogas e manuscripto parisino.

d) 2 eclogas « ex chartis orientalibus ».

Cf. Savile 8, 919.

Montfaucon edidit 48 eclogas Savilii. Sed, quia in
primis 31 sequitur editionem Etzelii, eius textus caret
additionibus a Savile factis. Numeratio quoque ecloga-
rum diversa est apud Montfaucon et apud Savile.

Migne secutus est editionem Montfauconii; sed addidit
plerumque quae ab ipso ommissa fuerant.

Investigavit praeterea Haidacher (*ib.*, 4-15) traditionem
manuscriptam collectionis eiusque ordinem primaevum.
Quoad fontes eclogarum (*ib.*, 15-18), hi sunt semper
(exceptis in ecloga 47 locis a Catechesibus 22-23
S. Cyrilli) opera Chrysostomi aut reapse genuina, aut
quae a Theodoro genuina habebantur. Ipse autem non
adidit nova ex suo, sed in textu Chrysostomi nonnulla
suppressit, alia breviavit, plura loco mutavit. Singu-
larum eclogarum fontes diligentissime descripsit Hai-
dacher ibidem.

Primae eclogae fontes chrysostomici hi sunt :

567, 2-22	= 61, 210, 6 a.i.-211, 33	In 1 Cor. h. 25
— 22-568, 13	= — 283, 13 a.i.-284, 2	In 1 Cor. h. 33
568, 13-15	= — 212, 4-7	In 1 Cor. h. 25
— 15-24	= — 521, 25-33	In 2 Cor. h. 17
— 24-569, 18	= 59, 102, 6-16; 101, 15-21	In Ioan. h. 15
569, 18-20	= 51, 17, 30-33	In decem mill. talenta
—	Cf. PG 95, 1200; 136, 860.	
— 20-44	= 60, 647, 24-52	In Rom. h. 27
— 44-49	= — 482, 22-27	In Rom. h. 10
— 49-52	= — 465, 18-22	In Rom. h. 8
— 52-58	= 61, 522, 41-56	In 2 Cor. h. 17
— 58-61	= 60, 774, 12 a.i.-9 a.i.	De caritate
—	Cf. PG 91, 757; 95, 1200	

569, 62-570, 3	= 61, 97, 46-50	In 1 Cor. h. 12
570, 3-13	= 60, 266, 39-51	In Acta h. 37
— 13-32	= 59, 68, 37-56	In Ioan. h. 8
— 32-49	= 51, 131, 22 a.i.-133, 3	De mutat. nomin. h. 3
— 49-571, 14	= 59, 425, 8-426, 10	In Ioan. h. 78
	Cf. PG 91, 757.	
571, 14-26	= 56, 281, 27-39	De perfecta carit.
— 26-35	= 62, 403, 42-404, 25	In 1 Thes. h. 2
— 35-37	= 51, 17, 15-18	In decem mill. talenta
— 37-42	= 63, 182, 18-25	In Hebr. h. 26
— 42-50	= 61, 608, 17 a.i.-9 a.i.	In 2 Cor. h. 30
— 50-572, 4	= 62, 660, 12-661, 3	In 2 Tim. h. 10
572, 4-40	= 52, 568, 2 a.i.-570, 4	Ad Olympiad. ep. 2
— 40-57	= 62, 421, 16-35	In 1 Thes. h. 4
— 57-573, 17	= 51, 314, 16-41	De profectu evangel.
573, 17-23	= 48, 603, 14-41	Ad viduam iuniorum
— 23-42	= 62, 403, 39-404, 5 ; 404, 29-32	In 1 Thes. h. 2
	Cf. PG 91, 757 ; 136, 848	
— 42-50	= 56, 281, 46-53	De perfecta carit.
— 50-54	= 62, 403, 57-404, 1	In 1 Thes. h. 2
574, 1-3	= — 406, 2-4	— —
— 3-7	= — 404, 22-28	— —
— 7-13	= 58, 578, 45-49 ; 24-26	In Mt. h. 59
— 14-15	= 59, 558, 2-3	De pseudoprophetis
	Cf. PG 136, 848	
— 15-19	= 62, 639, 45-49	In 2 Tim. h. 7
— 19-33	= 60, 547, 7-9 ; 546, 36-52	In Rom. h. 15
— 33-578, 9	= 61, 270, 21-273, 37	In 1 Cor. h. 32
578, 9-580, 2	= — 282, 3-8 ; 283, 3-52	In 1 Cor. h. 33
580, 2-12	= — 281, 18-28	— —

A col. 574, 33 omittitur totum in quibusdam manuscriptis, in quibus alia quaedam substituuntur.

60 Βουλόμενος τὸν πεφυσισωμένον

— ὁ Δεσπότης οὐ δίδωσιν, ὡς φιλάνθρωπος · ὦ...

De superbia et inani gloria. Ecloga 16.
PG 63, 671-678.

Haidacher, in SBKAW Wien 144 (1902) 4, 46-47, fontes chrysostomicos huius eclogae descripsit :

671, 3 a.i.-673, 37	= 56, 184, 21-185, 15	De prophet. obscur. h. 2
673, 37-51	= 51, 68, 7 a.i.-69, 17	In princ. Act. h. 1
— 51-674, 3	= 59, 106, 47-107, 8	In Ioan. h. 17
